Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cr lvij

semine eorum permanent bona. hereditas sancta nepotes eorum;
Et in testamentis stetit semen eorum & filii eorum propter eos in eternum
manent. Generatio eorum. & gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum
in pace sepulta sunt. & nomen eorum uiuet in secula. Sapienciam
eorum narrabunt omnis populi. & laudem eorum pronunciat omnis
ecclesia sancti. Lectio Actuum apostolorum. Accendit a tertia hora. Regre de plib; mirib;
Ipsi diebus illis. Petrus & iohes In vigilia apostolorum Petri et Pauli
ascendebant in templum. ad horam orationis nonam. Actuum
Et quidam uir qui erat claudus. ex utero matris sue baiola apostolorum
tur. quem ponebant quotidie ad portam templi. que di
citur speciosa. ut peteret elemosinam ab introeuntibus in tem
plum. Is cum uidisset petrum & iohem. incipientes intro
ire in templum rogabat eos. ut elemosinam acciperet. Intu
ens autem eum petrus cum iohanne dixit. Respice in nos.
At ille intendebat in eos. sperans se aliquid acceptuum
ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi. quod
autem habeo hoc tibi do. In nomine domini ihu xi nazareni. surge
& ambula. Et apprehensa manu eius dextera. allevauit eum.
Et protinus solidate sunt bases eius & plante. & exiens ste
tit. & ambulabat. Et intrauit cum illis in templum. am
bulans. & exiliens. & laudans dm. Et uidit omnis plus
cum ambulantem. & laudentem dm. Cognoscebant autem illum
quoniam ipse erat. qui ad elemosinam sedebat. ad speciosam portam
templi. Et repleti sunt omnis stupore. & extasi in eo quod o
ccurrerat illi. Dixit ihs petro S' Johanneo Diligis me;
Symon diligis me plus his. Dicit ei. Etiam domine. tu scis
quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum.
Symon iohannis diligis me. Aut illi. Etiam domine. tu scis

261